No. Q.405.86

THE TRVSTEES OF THE PVBLIC LIBRARY
OMNIVM LVX CIVIVM
OF THE CITY OF BOSTON
1852 1878

Charlotte Harris Fund

uncut

[illegible]

1895

[illegible]

P4

239.

De proprietate monachorum tractatus ꝑquā vtilis domini Johannis tritemij abbatis ſpanhemenſis ordinis ſancti benedicti.

Dicit q̄dam.
inter Monachos, qui Chri paup̄tatē
& Mundi contemptum prædicant et
profitentur, plus q̄ in mundum reperis.

Capitula libri

Incipit liber de ꝓprietate monachoꝝ Cap̄.primū.
De tribus votis ſubſtantialibus monaſtice religionis quibus omnis religio innititur Cap̄.ij.
Quā periculoſum ſit votū non reddere Cap̄.iij.
Quod ius canonicū ꝓpriū monacho ſub grauiſſimis penis ſimpliciter interdicat Cap̄.iiij.
Ex dictis ſanctoꝝ patrū probatur ꝙ peculiū monacho penitus interdictū ſit Cap̄.v.
Utrū abbas monacho poſſit cōcedere ꝓpriū Cap̄.vi.
Contra excuſantes proprietatis viciū Cap̄.vij.
Quod ex proprietate monachoꝝ multa mala et pericula animarū proueniant Cap̄.viij.
Quēadmodū monachi debeāt hr̄e neceſſaria Cap̄.ix.
Contra hoc ꝓprietatis viciū admonitio Cap̄.x.

Ch. Harris
July 15, 1937
LL

Incipit liber de proprietate monachoꝝ dñi Johãnis tritemij abbatis ſpanhemenſ.

Omnes ad vitã eternam ſine pſonarũ acceptione ſumus vocati: omnes etiam illuc puenire cupimus: ſed ambulare p anguſtũ iter om̃es formidamus. Dicit autẽ ſcriptura. Regnũ dei vim patitur: et violenti rapiũt illud. Anguſta ſiquidem eſt via que ducit ad vitã: et pauci ſunt qui ambulãt per eam. Que eſt anguſta via? Propriã voluntatẽ ꝓpter dei amorẽ deſerere: voluptates carnis nõ amare: mundũ et om̃ia que illius ſunt cõtemnere: patientiã in aduerſis habere: iniuriam non vindicare: inimicis benefacere: odientes ſe diligere: diuicias terrenas cum affectu habendi derelinquere: volũtariam paupertatem in humilitatis ſpiritu diligere. Hec eſt anguſta ſemita: hoc arduum ſalutis iter: hec via que ducit ad vitã eternã. De hac ſemita dñs dicit. Qui vult venire poſt me. abneget ſemetipm: et tollat crucem ſuã et ſequatur me. Crux noſtra fratres proprie voluntatis abnegatio eſt: ut ſecundũ ſpiritũ cõuerſantes: carnis deſideria non faciamus. Quid voluntatem noſtram querimus: ſi veri monachi ſumus? Ecce dei filius facere voluntatem pro noſtra ſalute propriam noluit: et nos maioris imperio reluctamur? Nunquid non iſta eſt ampla via que ducit ad pditionem: in qua omnes que ſua ſunt querũt: nõ que ieſu chriſti? Si monachus es. ad quid voluntatem tibi vſurpas alienam? Enimuero poſtea ꝙ iugo regule caput tuũ ſubmiſiſti: volnntas tua non amplius tua eſt. ſed eius quem ducem et moderatorem tibi pfeciſti. Jam itaqꝫ miſſa manu ad aratrum non licet tibi poſt tergum reſpicere: nec voluntatem tuam debes conſtituere: quia viam dei anguſtam alius nemo in veritate graditur: niſi qui carnis concupiſcentie forti animo reluctatur.

Beatus qui non abijt in conſilio impioꝝ: et qui in via
peccatoꝝ nõ ſtetit: nec poſt mũdi vanitates ambulauit.
Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. Felix
homo qui ꝑ anguſtũ iter graditur: q̇ dñm ieſum ꝓ poſſe
imitatur: qui voluntatẽ ſuã intuitu ſalutis deſerit: q̇ con
tempto mũdo ſe alterius imperio ſubmittit. Et quãq̃ in
ſeculo iſta poſſit haberi cõuerſatio: qꝛ tamen paucis hoc
poſſe conceditur: ꝓpterea nobis monaſtica religio a ſan
ctis ꝑſuadetur. Multis em̃ occaſionibus delinquendi vi
ta ſecularis inuoluitur: magnis terrenarũ ſollicitudinum
curis augiatur: et in bono ꝓpoſito ſtabilis nunq̃ ꝑmitti
tur. Hodie ſe ad dñm ꝓponit cõuertere: et cras de mũdi
negocijs cõpellitur iterũ cogitare. Quiſq̃s ergo omnipo
tenti deo in libertate ſpũs famulari deſiderat: ad tutiſſi
mũ quietis portũ ſe conferat: et contemto ſeculo rebuſq;
mundi, collũ inſtitutis regularibus humiliter ſubmittat.
Hec ſumma phĩa eſt: chriſtũ ꝓ poſſe imitari: qui in euã
gelio dicebat. Nõ veni facere voluntatẽ meã: ſed eius qui
miſit me patris. Oportet ergo volentẽ chriſtum imitari,
omnẽ a ſe mũdi huius ſubſtantiã alienam facere: et obe
dientiã euangelicã ſtudioſius obſeruare. Sic em̃ ip̃e dñs
p̄cipit. Qui non renũciat om̃ibus que poſſidet: nõ poteſt
meus eſſe diſcipulus. Et iterũ. Si vis ꝑfectus eſſe. vende
om̃ia que habes et da pauperibus: et veni ſequere me:
et habebis theſaurũ in celis. Hec ſunt p̄cepta eoꝝ qui ſe
culo renũciant: qui in monaſterijs conſtituti, vitã regula
rem obſeruãt: q̇ in ſemitis obedientie cõuerſantur. Alia
em̃ ſunt p̄cepta que dantur fidelibus cõmunem in ſeculo
vitã agentibus: atq̃ alia mundi actioni renũciantibus.
Illis nãq̃ p̄cipitur ut om̃ia ſua bene gerant: iſtis ut oĩa
ſua derelinquãt. Illi p̄ceptis generalibus aſtringũtur: iſti
p̄cepta cõmunia ꝑfectius cõuerſando tranſcendũt. Mo
nachis vero qui ad ꝑfectionẽ tendũt, non ſufficit om̃ia re
linquere: niſi etiã curent chriſtũ ſanctis moribus imitari
Que eſt imitatio chriſti? Obedientiã colere: humilitatẽ
et patientiã cuſtodire: caſtitatẽ amare: ſup om̃ia ſeruare

charitatem. Ipſe humilitatis et paupertatis amator eſt: imitatores humiles ac paupes ſpiritu requirit. Hinc ad fidelem animā ꝑ ꝓphetā dicit. In camino pauptatis elegi te. Et in euangelio ad diſcipulos. Beati inquit pauperes ſpiritu: quoniā veſtrū eſt regnū celoꝝ. Nō om̄es beati ſunt pauperes: ſed illi dūtaxat: qui in ſpiritu humilitatis et in animo cōtrito. ſpretis om̄ibus chriſtū in intimis ſequuntur: quiqꝫ veraciter dicere ad dn̄m poſſunt. Ecce nos reliquimus om̄ia: et ſequuti ſumus te. Hec autē gloriatio veris monachis cōuenit: qui contempto ſeculo penitus ſtudent eſſe qđ dicuntur. His ꝓfecto dn̄s ꝓmittit dicens. Amen dico vobis. om̄is qui reliquerit domū aut parentes. fratres aut ſorores et cetera que enumerat: centuplū accipiet: et vitā eternā poſſidebit. Enīuero quiſqꝫ pro dei amore om̄es mūdi vanitates cōtempſerit: ſeqꝫ ad interne cōtemplationis dulcedinē contulerit: tantā in his ipis exercicijs ſuauitatē inueniet: ut in eius comparatione ſe nihil eſtimet dimiſiſſe. Qui em̄ pro cōſequenda eterna vita carnis ſue voluptates ardenti in deū animo contempſerit: q̄ om̄es mūdi huius diuicias celeſtiū deſiderio inflāmatus calcauerit: qui ſeipm̄ ſibi abnegans alterius imperio ꝓpter deū vſqꝫ in finem ſubmiſerit: habere centuplū ſine dubio dignus erit. Enīuero poſtq̄ꝫ diuine cōtemplacōnis dulcedinē ſemel ꝑceperit: nihil eſt qđ eum deinceps a ſancto ꝓpoſito retrahere poſſit. Viam triū dierum ex egipto ꝑ deſertū ambulare ſcriptura nos admonet: q̄tenus ad montē ſancte cōtēplationis gradatim venientes: in trāquillitate mētis dn̄o ſeruiam⁹. Sic em̄ exodus habet. Dn̄s deus hebreoꝝ vocauit nos: ut eamus viā triū dierū in ſolitudinē: et ſacrificem⁹ dn̄o deo nr̄o: ne forte accidat nobis peſtis aut gladius. His verbis monaſtice cōuerſacōnis ſūma deſcribit: dū triū dierū iter ꝑagendū indicit.

De tribus votis ſubſtācialibꝫ monaſtice religionis quibus om̄is religio innititur. Cap. ij.

Summa hujus Cap. — Monachus 1. Mundo & mundanis se abdicet. 2. Regulę obedientiā praestet: 3. Castè & piè vivat.

Comparatio Pharaonis & Diaboli.

Rex egipti pharao populũ dei vehementer lu
to quondã afflixiſſe legitur: dũ eos fugere de
ſuo imperio fruſtra meditatur. Rex egipti dia
bolus eſt: qui fugientes mundũ dolis multis
ꝑſequitur: eoſqȝ retrahere ad ſuũ imperiũ meditat᷑. Egip
tus em̃ tenebre. anguſtia. ſiue tribulatio interp̃tata dicit᷑.
per quã p̃ſens ſeculum deſignatur. Quiſquis ergo mundi
huius tenebroſi negocijs premit᷑: habitare in egipto me-
moratur. Sed mox ut mundũ fugere. ac monaſtice ſoli-
tudinis amena querere deliberat: diaboli temptamenta.
quaſi pharaonis imperiũ durius portat. Viam triũ die
rum ambulare ꝑ deſertũ ſpirituali deuotione nititur: ſed
mũdi vanitatibus irretitus ꝑ diabolũ impeditur. Nemo
em̃ facile de tenebris egipti poteſt exire: niſi in manu forti
et brachio extento. Non om̄ibus data eſt hec gratia: ut
mundũ poſſint cõtemnere: et ꝑ viam triũ dierũ. ad mon
tem regularis diſcipline ꝑuenire. Multi em̃ ſunt vocati:
pauci vero electi: quia in egipto plures malũt lutoſi con
ſiſtere: ꝙ̃ in deſerti lumine habitare. Lata nempe eſt via
que ducit in ꝑditionem. et multi ambulãt ꝑ eam. Angu-
ſtum vero iter pauci ambulãt: quia carnis concupiſcen-
tias plurimi amant: et fugere de tenebris egipti diſſimu
lant. Beati vero illi cenſendi ſunt. quibus mũdus iſte cru-
cifixus eſt: qui carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vicijs ⁊ cõcupiſcen
tijs: quos de egipto liberauit gratia chriſti: et introduxit
in montẽ ſanctificacõnis ſue gaudentes. Viam itaqȝ triũ
dierũ ex egipto ambulat: q ſpretis ſeculi pompis ſancte
religionis heremũ intrat: et corpus ſuũ ꝑ obedientiã caſti
tatem et ꝓprij abdicationẽ caſtigat. Prime etenĩ diei iter.
eſt omnia terrena pro dei amore relinquere: et nihil am
plius de rebus mũdi cogitare. Niſi enim propriũ quiſqȝ
dimiſerit: ad monaſtice vite cõuerſationem inhabilis erit.
Adeo quippe ꝓprietatis abdicatio ad ſubſtantiã religio-
nis ꝑtinet: ut ſine illa monachus dici nemo queat. Vendi
tis itaqȝ rebus ſeculi diſtributiſqȝ rite in vſus pauperũ: ſe
cunde diei via ꝑ obedientiã cõtinuanda indicitur. Hec in

Tria Monachorum Vota
1. Paupertatis.
2. Obedientię
3. Castitatis.

Gal. 5.

radice humilitatis figitur: et in altũ charitatis eleuatur.
Quēadmodũ per inobedientiā primoꝝ parentũ omnes
a paradyſi gaudijs cecidimus: ita ꝑ arduũ iter obedien
tie adiuuante dño nos reſurgere debere ſcimus. Nulla
monachorũ ſine obedientia merita ſunt: ſine humilitate
virtutes nulle. Quiſquis igitur egiptũ fugiens tenebro/
ſum: ad lucem eterne claritatis cupis ꝑtingere: humilem
obedientiā cura ſollicite cuſtodire. Dicit enim ſcriptura.
Melior ē obediētia qꝫ victime: et auſcultare magis qꝫ of/ 1. Sam. 15.
ferre adipē arietũ. Hoc voto ſancte obedientie om̄ia in/
cludũtur que ad obſeruantiā regularē ꝑtinent: quoniam
quicquid in regula p̄cipitur: per ſolam obedientiā adim/
pletur. Quicquid enim ſancti et honeſti ꝑ preſidentē mo
nacho iniũgitur: in obedientia regulari ſolidatur. Hoc
ſecunde diei iter pauci in veritate ambulāt: quia facilius
eſt ſua derelinquere: qꝫ ſemetip̄m abnegare. Ardua nāqꝫ
via eſt alterius ſe voluntati ſubmittere: et ſuā voluntatē
penitus non amare. Sicut filij iſrael egiptũ cum gaudio
et leticia exeuntes. ſtatim in deſerto cōtra dominũ et moy
ſen murmurarũt: ita multi contemptis rebus ſeculi mo
naſticum iter cum magno feruore arripiunt: qui tamen
contra obedientiā prelatoꝝ plerũqꝫ grauiter inardeſcũt.
et qui per diſtributionem prius cum hilaritate videban/
tur currere iam ſub obedientia conſtituti de arrepto iti/
nere inueniũtur penitere. Sed om̄es qui contra ducem
in deſerto murmurabant: in via deficientes terrā repro/
miſſam non introierunt. Hinc metuant monachi om̄es
qui propoſiti ſui executionem negligunt: et iter ſanctum
trium ſubſtancialiũ peragere contemnũt. Cadent in ſo/
litudine mortui: qui viuere in egipto videbantur. Enim
uero tercij diei iter quomodo poterit ꝑficere: quē cōſtat
in ſecũdi via defeciſſe? Aut qñ caſtitas monachoꝝ apd
diſtrictũ iudicē poterit eſſe meritoria: ſi cōtemnat obediē
tia? Tercij em̄ diei via eſt caſtitas: que nũqꝫ in veritate
acquirit: ſi obediētia deſerat. O quot hodie monaſtico

vocabulo indignos ſe exhibent: qui in cenobijs corpore ſunt conſtituti: ſed animo et actione ſeculariter viuūt. Reſumūt peculiū qđ dimiſerūt: obedientiā deſpiciūt quam ſpoponderūt: caſtitatem violant quā ſolēniter vouerunt. Tria ſubſtancialia religionis ſue vota tranſgredi nō metuūt: et ſe monachos eſſe gloriantur? O vana religio: in qua voti conſideratio non habetur. Quid aurū et argentum cōgregat: q̄ monachū ꝓfitetur? Quid peculiū o monache poſſides: qui voluntariā vouiſti paupertatē? Enī uero monachus non eſt: qui diuicias in mūdo poſſidet. Igitur contra hoc ꝓprietatis vicium nos loqui compellit occaſio: que nota eſt his qui ad ſcribendū nos prouocarunt. Multos enim hoc morbo infectos religioſi nominis viros cernimus. et dolemus.

Quā periculoſum ſit votū nō reddere. Cap. iij.

Audi o monache ingrate: q̄d tibi ſcriptura diuina precipiat. Ait eīn. Si quid dño vouiſti: ne moreris reddere. Diſplicet ei infidelis et ſtulta promiſſio. Multo eīn melius eſt nō vouere q̄ꝫ promiſſum negare. Quicq̄d igitur deo voueris. redde. Vis noſſe q̄d illi promiſeris? Regulā tuā ſecundū quā viuere ſpopondiſti conſidera. Quid illa p̄cipit? Audi ſummariū. Conuerſionē morū tuoꝝ ſecundū ordinationē tibi indicit monaſticā: deinde abdicationē oīnis ꝓprietatis vſqꝫ ad acus valorē tibi mandat ꝑpetuam: obedientiā et caſtitatem tibi p̄cipit: et ſtabilitatē tibi ordinis vſqꝫ ad obitū cōtinuandā imponit. Hec eſt ſūma ꝓmiſſionis tue: hec eſt neceſſitas monaſtice diſcipline: quā ſi temere trāſgreſſus fueris: voti p̄uaricator eris. Si vidua continentiā ꝑpetuā vouerit: nubere ei de cetero nō licebit. Si autē pꝰ votū nupſerit: cōtra ſe deū irritauit. Anteq̄ꝫ ꝓmitteret deo ut eſſet vidua in ipiꝰ erat ptāte nubere: poſtq̄ꝫ ꝟo ſemel cōtinētiā vouit: iā deinceps libertatē nubēdi penitꝰ amiſit.

De Votis servandis Vide dicta Deut. 33. Lev. 27. Num. 6. psal. 75. 116. Eccles. 5. Sed hi loci non loquuntur de Votis extra nostram potestatem positis, qualia sunt Vota Monachorum, sed de legitimis et approbatis, et Verbo Dei non sunt contraria.

Sic et tu monache anteq̃ deo ꝓmitteres obſeruantiā re
gularē liber eras: poteras inculpate ſine voti promiſſio-
ne viuere: et in via mandatoꝝ dei ambulare. Quis ad ꝓ-
mittendū deo te compulit? Nōne tui arbitrij erat qd̓ vo-
lebas facere? Vox tua ligauit te deo: iam deinceps non
es liber: ſed ſeruus ieſu chriſti. Promiſiſti: dei eſſe cepiſti:
deus qd̓ ſuū eſt non vult dimittere: nec honorē ſuū alteri
dare. Jam tibi nō licet poſt reſpicere: ſemel emiſſum deo
votū non poteris reuocare: qꝫ cū deo cauſam habes age
re. Quid igitur vanis cogitacōnibus eſtuas? Ad q̃d de
bono ꝓpoſito male cogitas? Nō eſt irritabilis deus. Si
ſanctū ꝓpoſitū tuū violaueris: ſi votū tuū temeraria pre-
ſumptione trāſgreſſus fueris: non habebit te deus in eo
gradu. quo antea habuit: ſed tanq̃ infidelem profugū et
apoſtatā te iudicabit: quippe qui preſtitā dn̄o tuo fidem
impia ꝑſumptione irritā feciſti. Dicit ergo ad te o mona-
che deus. Quid me infideli ꝓmiſſione tua irrides? Cur
priſtina vicia repetis? Quare preſtitā mihi fidem infrin-
gis? Ego tibi libertatē arbitrij cōtuli: q̃s te coegit ꝓmit
tere qd̓ reddere nō volebas? Nūquid neceſſitate te com-
puli? Volūtas tua ligauit te mihi: pactū meū ſi violaue
ris: nō amicus ſed hoſtis eris. Dum adhuc tui eſſes in
ſeculo. eras quidē de familia mea: ſed nō eras de miniſte
rialibus: neq̃ de intimis. Queadmodū eñ princeps ali
quis potens. multos quidem in ſuo regno ſubiectos ſibi
habens hoīes: quoſdā agroꝝ cultores. quoſdā vero pa-
ſtores aut alios quoſlibet artifices ſiue operarios ex eis
cōſtituit: atq̃ ex his oīnibus quoſdā ſibi fideles quotidie
aſſiſtere facit. q̄ ſeipos negligentes illi toto ſtudio famu-
lantur: ſic ego ex mihi ſubiectis in fide quos volo eligo:
quos velut miniſtros intimos diligo et honoro. Tu ergo
qui ꝓmiſſa mihi fidelitate de multitudine meoꝝ ad ſer-
uiendū in cōſpectu meo ſpontanea volūtate acceſſiſti: de
intimis familiaribus meis eſſe cepiſti. Si mihi deinceps
in aliquo recalcitraueris. ſi fidem ꝓmiſſam fregeris: non
habebo te in eo loco quo habebā prius: ſed inter inimi-

Multo & animæ & corpori est salubrius, extra Monasticū statum se ponere, & in coniugio vel mundo regulariter vivere, quam in Monasterio irregularib. affectib. vacare: ut fit.

eos infideles te computabo. Quanto em̄ ꝑ voti ꝓmiſſionem mihi proximus factus es: tāto diſplicebis amplius. ſi aliter vixeris ꝙ̄ promiſiſti. Exigo nūc a te promiſſum: quod nō exegi promittendū. Monachus es: nō niſi monachus ſaluaberis. Si aliter vixeris ꝙ̄ monachus: veluti ꝑuaricatorem federis mei cōdemnabo te. Si vero vſqꝫ in finem mihi fidelis ꝑmanſeris: magnus in regno meo eris: et cum om̄ibus ſanctis in eternū feliciter exultabis. Votū itaqꝫ tuū conſidera o monache. et cura ſollicite adimplere qđ promiſiſti: qꝛ niſi regulariter in cenobio vixeris: cū impijs portionē habebis. Sed quia de vicio proprietatis loqui ſpecialiter intendimus: oportunū videtur ut ſtilum ad materiā dirigamus.

Sed ubi sunt Monachi, o Trithemi, hodie qui in Monasterio servientes praestent Vota? Vocabulo sunt integri fere omnes.

Quod ius canonicū propriū monacho ſub grauiſſimis penis ſimpliciter interdicat. Cap. iiij.

Deteſtabile ꝓprietatis viciū in monachis cupientes ꝓ viribꝫ extirpare: ſermonē iuris canonici atteſtatione comprobemus: ut dum auctoritate vniuerſalis eccleſie loquimur: nullā a ꝑuerſis contradictionē patiamur. Tante em̄ auctoritatis ſunt decreta eccleſiaſtica: ut quiſquis cōtradicere illis ꝓſumpſerit: non catholicus ſed hoſtis eccleſie iudicetur. Quicqđ ergo auctoritate eccleſie precipitur: tanq̄ꝫ euangelium ab omnibus habeatur. Audi nūc monache qui propriū poſſides: quid vicarius chriſti dicat in ꝑſona eccleſie. Prohibemus inq̄t diſtricte. in virtute ſancte obedientie. ſub obteſtatione diuini iudicij: ne quis monachorū propriū aliquo modo poſſideat: ſed ſi quis aliquid habet proprium: totum incontinēti reſignet. Si vero poſt proprietatem hec aliquā habere deprehenſus quis fuerit: regulari monitione premiſſa. de monaſterio expellatur: nec recipiatur vlterius. niſi peniteat ſecundū monaſticam diſciplinam. Et ſi proprietas apud quem q̄ꝫ in morte reperta fuerit: ipa cū eo in ſignū ꝑditionis extra monaſteriū in ſterquilinio ſub-

Decreta Iuris Canonici Evangelio æquanda esse quod a vera Ecclesia, quæ lapidi angulari Chro est superædificata, & nō Pontifici Rom., ut [illegible]

Ergo omnes nummularij Monachi, quorum hodie quam plurimi sunt, imo quo plus numerosi sunt, eo suis fratrib. hæredib. est gratior post mortem, quam in Vita, sterquilinio sunt humandi: et ita.

terretur: ſecundū quod beatus gregorius papa in libro
dialogorum feciſſe legitur. Unde ſi quicquā alicui fuerit
ſpecialiter deſtinatū: non preſumat illud accipere: ſed ab
bati. vel priori. aut cellerario aſſignetur. Hec ſunt verba
eccleſie: que papa innocentius tercius in concilio gene
rali promulgauit. et in c. Cum ad monaſteriū habentur.
In c. quoqꝫ monachi dicitur. Monachus qui peculiū
habuerit. niſi ab abbate fuerit ei pro iniūcta adminiſtra
tione permiſſum: a cōmunione remoueatur altaris. Et
qui in extremis cū peculio inuentus fuerit. et digne non
penituerit: nec oblatio pro eo fiat: nec inter fratres reci
piat ſepulturā. Abbas autē qui diligenter iſta non cura
uerit: officij ſui iacturam ſe nouerit incurſurū. Hic atten
dant monachi fallaces. qui ſine adminiſtratione aliqua
peculium poſſident: qui ſe apud deū in conſcientia ſecu
ros exiſtimant: ſi de abbatis licentia peccant. Dicit eñ
in conſtitucōne ſua vicarius chriſti. Nec eſtimet abbas
ꝙ ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo mona
cho diſpenſare: quia abdicatio proprietatis. ſicut et cuſto
dia caſtitatis. adeo annexa eſt regule monachali: ut con
tra eam nec ſummus pontifex poſſit licentiā indulgere.
Quid adhuc excuſationes in peccatis o monachi queri
tis: qui contra regulā. votū. et decretū ſummi pontificis
propriū poſſidetis? Quid falſam abbatis auctoritatem
pro excuſatione veſtra aſſumitis: qui ſummū pontificem
non poſſe diſpenſare cū monacho ut habeat propriū au
ditis? Eñuero quod vicarius chriſti ſe poſſe facere ne
gat: homo non preſumat. Sicut abbas tuus diſpenſare
tecum nō poteſt ut caſtitatem promiſſam deo violes: ita
nec licentiam indulgere ut propriū poſſideas. Prelatus
ergo qui monacho contra regulam peculium indulſerit:
votum ſuū violauit. Caueat itaqꝫ ne preuaricatorē ſe re
gule conſtituat: ſi propriū quod nō licet monacho con
cedat. Deniqꝫ ex ſeueritate indicte pene colligitur: quid
de huius vicij grauitate cogitandum indicetur. Nō eñ
leui penitentia hec culpa corripitur: dum a cōmunione

altaris remouetur. Ceterorũ viciorũ penitentie ꝑ mortẽ
ſaltem deficiũt: hoc ꝓprietatis viciũ non ſolũ in hac vita
duriſſima diſtrictione corripitur: ſed etiã poſt mortẽ terri
bili animaduerſione punitur. Et iuſta quidẽ huius ꝓua
ricationis damnatio. Sane monachus ꝙ in cõgregatio
ne fratrũ contra vnitatis normã propriũ aliqd poſſidet:
ab eorꝫ ſe cõſorcio facit alienũ. Cũ ergo viuens ſuo vicio

Monachi Proprietarij Viui & mortui abominabiles.

concordiã fraternitatis impia ꝓſumptione turbauerit: cũ
ſe ab vnionis obſeruãtia volũtarie diuiſerit: indignus eſt
fraternã inter alios recipere ſepulturã. Qia vicia mona-
chorũ leui quadã miſeratione puniuntur ad arbitriũ ꝓſi-
dentis: ſola ꝓprietas eſt: que reum a cõmunione ſancto
rum tanꝙ mendacem ſpiritui ſancto eliminat. Unde ꝓci
pitur viuus de monaſterio proijci: et mortuus extra ce-
nobiũ in ſterquilinio ſepeliri. Monachus itaqꝫ ꝓprieta-
rius tanꝙ leproſus de cõgregatione fraternitatis expel-
lendus eſt: ne totũ ouile ſuo deteſtabili vicio cõmaculet.
Nemo e fratribus illũ ſufferat: nemo cõſcius viciũ illius
tam enorme diſſimulet: nemo reum occultet. Omẽs vna

De Achan Vide Iosue 7.

nimiter zelo diſcipline contra ꝓuaricatorem inſurgãt: de
cõgregatione ꝑuerſum incorrigibilem expellãt: omẽs de
cõmuni periculo paueãt. Meminerint qd cõtra ꝓuarica
torem acharũ dñs ad ioſue ducem populi dixerit: et de
ſimili caſu metuant. Non ero inquit vltra vobiſcũ: donec
conteratis eũ, qui huius ſceleris reus eſt. Sicut ergo ꝓci-
piente dño populus iſrael acharum lapidibus obruit. et
ceſſauit contra eos indignatio: ita zeloſi monachi ꝓprie-
tariũ in ſua congregatione viuere nullatenus ſinant: ſed
admonitũ prius, incorrigibilem de monaſterio expellãt.
Nec videatur eis crudele profeſſum cõtumacem expelle
re: qꝛ minoris eſt damni ſi vnus induratus ſuo vicio pe
reat: ꝙ ut totã congregationẽ exemplo peſſimo corrum-
pat. Dicat em̃ aplꝰs. Impius ſi diſcedit: diſcedat. Si qs
tamen in hoc crimine incorrigibilis reptus fuerit: ad car
cerem detrudatur: donec viciũ ſuũ recognoſcat: et pro-
mittat emendationẽ. Melius eſt enim ſi fieri poteſt, ut

clauſis in carcere peniteat: q̃3 expulſus vagus et deſperatus p̄ mundū in ordinis ſcandalū diſcurrat. Om̄ia vero que ad ſuſtentationē corporis neceſſaria ſunt monachis p̄ abbatem diſtribuantur: quia tunc eos ad obſeruantiā mandatoꝝ regule. abſq3 cōtradictione poterit audacter cōpellere: ſi de neceſſarijs vite nequeant murmurare. Sic em̄ de primitiua eccleſia aploꝝ legitur. Erant eis om̄ia cōmunia: nec quiſquā eoꝝ aliquid habebat propriū: ſed dabatur ſingulis. prout vnicuiq3 opus erat. Quicūq3 em̄ vitā eoꝝ voluiſſet cū fide chriſtiana aſſumere: vendebat ſi q̄d habebat ꝓprium: et preciū ponebat ad pedes apoſtoloꝝ. Ananias autē et ſaphira. qui cōtra inſtitutionem apoſtolice cōuerſationis peculium poſſidere occulte preſumpſerāt: duram ꝑditionis ſententiā exceperūt. Simili pena digni ſunt monachi: q̄ reperti fuerint ꝓprietatis vicio delectari. Graue etem̄ crimen cōmittitur: pro cuius expiatione offerri ſacra oblatio ꝓhibetur. Damnationis ſententiā euadere nō poterit: monachus ꝓprietarius qui ſine penitentia ex hac vita deceſſerit. Om̄es itaq3 monachi adeo ſine ꝓprio viuere ſunt obligati: ut nulla diſpenſatione abbatis a voto paupertatis queant abſolui. Et de his quidē copioſa iuris pontificij teſtimonia poſſem⁹ adducere: niſi ꝓpoſitū breuitatis nos cōpelleret ad alia feſtinare. Hec igitur ex iure prolata ſufficiāt: q̄d reſtat dicendum. dictis ſanctoꝝ patrū et regulis comprobemus.

Distingue ô Trithemi inter Monachorum n. paupertas et abdicatio honorum, longe est diversa ab illa sancta et Apostolica.

Ex dictis ſanctoꝝ patrū probatur: q̄d peculium monacho penitus interdictum ſit. Cap̄. v.

Reuoluamus omnes ſanctoꝝ patrū ſcripta et regulas: et nuſquā inueniemus monacho peculiū vllatenus ꝑmiſſum. Om̄es em̄ hoc viciū damnant: om̄es propriū monacho ꝓhibent: om̄es in cōmuni viuere renūciantes ſeculo precipiūt. Et primo quidē ſanctū legiſlatorem noſtrū benedictū audiamus in regula. Dicit em̄. Precipue hoc viciū radicitus

Auctoritate Benedicti Monachorum patris proprium tollit a Coenobitis 1.

Ne in minima et vilissima quidem re Monachi dicantur proprietarii.

amputandū eſt de monaſterio: ne quis preſumat aliquid
habere propriū: nullā omnino rem. neqꝫ tabulas. neqꝫ co
dicem. neqꝫ graphium. ſed nihil omnino: quippe quibus
nec corpora ſua habere licet in ꝓpria poteſtate. Neqꝫ p̄ſu
mat quiſquā aliqd dare aut accipere ſine iuſſione abba
tis. Et poſt pauca. Si quiſquā in hoc nequiſſimo vicio
dephenſus fuerit delectari: admoneatur ſemel et iterū: ſi
non emendauerit: correptioni ſubiaceat. Sanctus quoqꝫ

2. auctoritate D. Basilii.

baſilius in regula monachoꝝ dicit. Si qs ſibi propriū
dicit eſſe aliqd. ſine dubio alienū ſe facit ab electis dei: et
charitate chriſti. qui docuit verbo. et ope compleuit: q̄ ani
mā ſuā poſuit ꝓ amicis ſuis. Si ergo ipe animā ſuā po
ſuit: quomodo nos etiam ea que extra animā ſunt nobis
vendicabimus? Si non acquieſcit monachus doctrine
dn̄i dicentis. diligite inuicem ſicut et ego dilexi vos: ac
quieſcat aplo dicenti. auferte malū ex vobiſipis: ne forte
accidat ut modicū fermentū totā maſſam corrūpat. In
admonitionibus quoqꝫ ad monachos: idem baſilius di
cit. Quotidiano victu contentus eſto: et quicqd ſupereſt.
tanq̄ impedimentū huius propoſiti proijce a te. Multi
1. Tim. 6. em̄ per auariciā. mortis periculū inciderūt. Propter aua
riciam achar cū ſuis omnibus lapidatus eſt: ſaul a dn̄o
1. Sam. 15. et 31. factus eſt alienus: et ad extremū de regali culmine pul
ſus. ab inimicis ſuis ꝑemptus eſt. Alienum te facito fili
mi ab hoc vicio: et voluntariā paupertatem libenter am
plectere. Beatus quoqꝫ hieronym⁹ dicit in normula vir
3. Hieronymi. ginū. Qui iam renunciauerūt om̄ibus que poſſident: ex
voto ſub iuramenti pollicitacōne promiſerunt. nihil tem
porale. nihil terrenū. non ſolū poſſidere: ſed nec quidem
appetere. Et ſanctus doctor auguſtinus in ſuo canone
4. Augustini. precipiens fratribus dicit. Non dicatis aliquid propriū
ſed ſint vobis omnia cōmunia: et diſtribuatur vnicuiqꝫ
veſtrū a prepoſito veſtro victus et tegumentū. In regula
5. Regula Pauli et Stephani. quoqꝫ pauli et ſtephani antiquiſſima dicitur. Nulli fra
trū liceat uel pomū uel quodcūqꝫ olerum aut condimen
torum. vel aliud aliquid ad vſus ſuos quaſi peculiari ap

paratu habere: ne maligno detur occaſio. Et iterũ poſt pauca. Nulli liceat uel veſtimentum vel calciamentũ. aut tabulas vel cuiuſcunqȝ rei paruiſſime. tam nouũ q̄ȝ vetus nec quicq̄ȝ quod alteri fratri datum fuerit praua p̄ſum-ptione contingere ad vtendum. Nec inter ſe fratribus li-ceat ut id quod de communi quiſquā acceperit: niſi per-miſſo prioris cũ alio fratre quaſi peculiari amore cōmu-tare: ne hac occaſione naſcatur amor illicitus: ſed vnuſ-quiſqȝ quod ei charitatis diſtribucōne datur: hoc libens et bona volũtate accipiat. In regula quoqȝ ſancti pacho-mij legitur. Deinde inſtruendus monachus fieri cupiens ab eo qui preeſt patre: ut nihil ſibi relinquat. niſi crucem chriſti: quam teneat et ſequatur dominũ. Et in regula ſanctorum patrum. que pactum monachorum dicitur. Ante omnia habentes charitatem. humilitatem. patien-tiam. manſuetudinē. et cetera que docet ſanctus apoſto-lus: ita ut nemo quicquā ſuum vendicet: ſicut ſcriptũ eſt in actibus apoſtolorum: habeant omnia cōmunia. Et iohannes gerundenſis epiſcopus in regula monachorum. Quicunqȝ in monaſterium ſuſceptus fuerit. non ſolũ de ſubſtantia quā intulit: ſed nec de ſemetipſo ab illa hora iudicabit. Nam ſi aliquid prius intulit fratribus: ipſi ta-men non eſt licitum ut aliquid habeat in ſua poteſtate. In regula etiā pachomij angelica dicitur. Nemo in do-mo et cellula ſua habeat aliquid: preter ea que in cōmu-ni monaſterij lege precepta ſunt. Non tunicam laneam: non pallium: non pellem in tonſis arietum lanis mollio-rem: non nummos quantũlibet paucos: nec puluillum quidem ad caput. Orieſieſius quoqȝ in doctrina mona-chorum ſic loquitur. Vigilemus attencius: et ſciamus q̄ magnam nobis deus preſtiterit gratiam per patrem no-ſtrum pachomium. ut renunciaremus ſeculo: et omnem ſollicitudinem mundi et curas rerum ſecularium. pro ni-hilo deponeremus. Que em̄ nobis occaſio relicta eſt. ut habeamus quippiā propriũ a funiculo vſqȝ ad corrigiam

6. Regula pacho-mij.

7. Sanctorum pa-trum regula.

8. Johannes Gerun-densis.

9. Orieſij.

calciamenti: cū habeamus prepoſitos qui ꝓ nobis ſolli-
citi ſunt. tam in cibo q̄ꝫ in veſtitu? Liberi ſumus. iugū de
ceruicibus noſtris mūdane ſeruitutis abiecimus: cur rur
ſum volumus reuerti ad vomitū noſtrū. et aliq̄d habere
vnde ſolliciti ſimus. et qđ ꝑdere metuamus? Ad quos
vſus ſuperfluū palleolū. aut epule lautiores. aut mollior
lectus: cū omnia in cōmuni ſint p̄parata. et cruce chriſti
nihil durius ſit? Sufficat nobis habere: qđ homini ſa-
tis eſt. Tantā veteres obſeruantiā paupertati monaſtice
10. Columbani adhibebāt: ut paucissimis contenti. paruiſſime rei ſuper
fluitatē. peculiū. et ob id damnabilē in monacho penitus
iudicarent. Hinc ſanctus pater colūbanus abbas in ſua
regula precipit. Monachis quibus ꝓ chriſto mūdus cru
cifixus eſt. et ipi mūdo. cupiditas cauenda eſt: nimirū dū
non ſolū ſupfluū eos habere damnabile eſt ſed etiā velle:
quoꝝ nō cenſus. ſed volūtas queritur: qui relinquentes
oīa et chriſtū dn̄m cū timoris cruce quotidiani ſequen
tes: in celis habent theſauros. Jccirco dū in celis multa
ſunt habituri. paruo et extreme neceſſitatis cenſu in terris
debent eſſe contenti: ſcientes lepram eſſe cupiditatē mo-
3. Monachorum perfectiones, quarum nulla ja[m] ... ubi reperi[tur] nachis. Jdeo ergo nuditas et facultatū cōtemptus: pri-
ma pfectio eſt monachoꝝ: ſecūda vero purgatio vicioꝝ.
tercia pfectiſſima dei cōtinuata dilectio: ac diuinoꝝ iugis
amor: qui terrenoꝝ ſuccedit obliuioni. Jdem etiā in li-
bro de quotidianis penitentijs monachorum ſic ſtatuit.
Monachus qui dixerit ſuū aliq̄d propriū: ſex pcuſſioni
bus emendetur. Jn eodem volumine circa finē denuo ſic
p̄cipit. Operis peculiaris p̄ſumptio: centū plagis emen
detur. Poſſeſſio alicuius rei quā non neceſſitas generali-
ter oībus fratribus cōceſſit: amiſſione eiuſdē. et centū
11. Isidori plagis coherceatur. Et in regula yſidori dicit̄. Mona-
chis autē ſumope ſtudendū eſt: ut apoſtolicā vitā tenen-
tes. ſicut in vnū cōſtituti eſſe noſcūtur. ita vnū cor habeāt
in dn̄o. nihil ſibi propriū vendicantes nihilqꝫ inquantu-
lūcunqꝫ amorē rei priuate gerentes: ſed iuxta exemplum
apoſtolicū. oīa cōmunia habētes: in p̄ceptis chriſti fi-

deliter ꝑmanendo proficiant. In regula quoqꝫ fructuosi
episcopi inter alia sic p̄cipitur. Nec quisquā e monachis
suū asserens. dicat codex meus. tabule mee. et reliqua. Qđ
verbū si de ore eius effugerit: penitentie subiacebit: ne ve-
lut ꝓpria quilibet in monasterio habere videatur: sed sint
illis sicut scriptū est. omnia cōmunia. Hinc in religione
nostra apud reformatos obtinuit: ut suū dicere aliquid
etiā ioco deuotus nemo p̄sumat. Et in octauo caplo idē
fructuosus iterū sic p̄cipit. Nuditas et parsimonia cibo-
rum: et lectulorū duricia amplectatur. Peculiaritas in
vtensilibus. aut in vestimentis. aut in quibuslibet rebus
etiā vilissimis et abiectis omni modo vitetur: quia abo-
minatio monachis est: et infamium quicquā possidere.
Munus deniqꝫ quodlibet siue epistolas: nemo mona-
chus accipiat. Deniqꝫ in regula cenobij sancti ferreoli epi
et martiris decimo capitulo sic scribitur. Illud etiā sta-
tui debere prospeximus: ut nullus monachorum aliq̄d
sibi propriū absqꝫ societate fratrum audeat dicere: ita ut
etiam in his que sua sunt nihil amplius credat sibi iuris
esse q̄ ceteris: quia cum seipm alterius subdidit potesta-
ti: omnia secū in alienā potestatem transmisit. Quicquid
ergo secū rerū detulerit expetito cōsorcio monachoꝝ. ac
vbi corpori cōgregationis membrū factus adheserit: sta-
tim cognoscat oīa in cōmunionē trāsisse. Et hoc tantū
iudicet ꝓpriū: quicq̄d cū fratribus possederit indiuisum.
In regula quoqꝫ sancti aureliani epi. xxv. caplo dicitur.
Nullus p̄sumat quicqꝫ suū dicere: aut sibi propriū ven-
dicare: sed secundū actus aploꝝ. sint vobis oīa cōmu-
nia: et sit vobis aīa vna et cor vnū in dño. Et in regula
abbatis cassiani dicit. Nec quicqꝫ peculiare liceat mona-
cho possidere: sed ita se nudatū ex omi pte cognoscat: ut
p̄ter tunicā. pallium. calciariū. vel mattulam suā nihil am
plius habeat: et nec verbo quidē audeat dicere aliq̄d suū:
qđ magnū sit crimen ex ore monachi processisse. tunicā
meam. codicem meū. tabulas meas. graphiū meum: et
cetera his similia. Nā si huiusmodi verbū p subreptionē.

B iij

12. Fructuosi Episcopi.

13. Ferreoli Episcopi.

Quodnam Monachorum Proprium.

14. Aureliani.

15. Cassiani.

Pronomina possessiva è Monasterijs eliminanda MEUS, TUUS, SUUS: sed NOSTER et VESTER ...

vel ignorantiam de ore eius effuderit: digna pro hoc pe-
16. Regula nitentia ſatiſfaciens: veniã petat in terra pſtratus. Item
Tarnantenſi. in regula tarnantenſi caplo quartodecimo ſic legit. Hec
ſunt que in monaſterio conſtitutis pro dei amore et timo-
re cõuenit obſeruare: propter qd in vnũ eſtis pro timore
dñi congregati. Oportet ut in domo dñi vnanimes ha-
bitetis: et ſit vobis anima vna et cor vnum in timore dñi
puigilans: nihilqꝫ habere vos propriũ reputetis: ſed ſint
17. Regula cuncta cõmunia: que vobis abbatis imperio diſpenſan-
tur. Et in regula monachoꝝ orientalium dicitur. Inter
Monachorum Ori- omnes fratres hoc obſeruabitur: ut obedientes ſeniori-
entalis. bus ſuis. et deferentes ſibi inuicem. habeant patientiã.
moderationẽ. humilitatẽ. charitatem. pacem ſine figmen-
to et mendacio. et maledictione. et verboſitate. et iurandi
cõſuetudine: ita ut nemo ſuũ quicqꝫ vendicet: neqꝫ vilus
aliquid peculiariter vſurpet: ſed habeant omia cõmunia.
Sed et ſine ſeniorum verbo et auctoritate. nullus frater
18. Vigilii quicqꝫ agat: neqꝫ accipiat aliqd neqꝫ det. Vigilius quoqꝫ
diaconus et abbas in lxxiij. capitulo ſue regule ſic loqui-
Diaconi et tur. Si quid peculiare apud aliquẽ inuentũ fuerit: grani-
di eum abbas et diuturna excõmunicatione cõdemnet: ut
Abbatis. illius exemplo deterriti omes: nullus hoc audeat imita-
ri. Et beatus ceſarius epiſcopus arelatenſis in xv. caplo
19. Caeſarii Epi- regule ſue dicit. Nemo ſibi aliquid iudicet propriũ: ſiue
ſcopi Arelaten- in veſtimento ſiue in alia quacũqꝫ re magna vel parua.
ſis. Aurelianus epiſcopus in regula ad moniales. capitulo
20. Aureliani tercio ſic dicit. Nihil occulte accipiatis: ſed ſi quis pro-
pinquus aut amicus aliquid in veſtimento aut in auro.
Epiſcopi. vel aliud quodcũqꝫ dederit aut tranſmiſerit: in poteſtate
ſit abbatiſſe. Et ſi illi cui trãſmittitur neceſſe fuerit tribua-
tur: ſin vero illa non indiget: in cõmune redactũ. cui eſt
21. Regula neceſſariũ tribuatur. Item in regula ſerui dei ad ſorores
Servi Dei. caplo. xvij. ſcribitur. proprij aliquid in monaſterio nihil
eſt habendũ: ſed potius propter nomen dñi omnia con-
temnenda ſunt. Quid eñ propriũ aliquid ſuũ fidelis ani-
ma de rebus mundi vendicet: cui mũdus crucifixus eſt.

et ipſa mundo? Omnia ergo que in monaſterio haben-
tur ſint omnibus cõmunia: ut nulla dare aut accipere ali
quid preſumat ſine iuſſione abbatiſſe. Si que ſecus fece-
rit: regulari diſcipline ſubiaceat. Sed ne per om̃es vete-
rum regulas diſcurrendo tedium lectori prolixior ſermo
pariat: ex dictis ſanctorum patrũ iſta produxiſſe ſufficiat.
Omnes enim priſci et noui monachorũ cuiuſcũqꝫ ordi-
nis principes. in hanc ſententiã vnanimiter cõueniũt: quã
peculium monacho penitus interdicũt. Hinc dñs noſter
apoſtolis non portare ſacculũ neqꝫ peram in via p̃cipit:
ut ex hoc ſucceſſores eorum intelligant: queadmodũ ſine
proprio in cõmuni viuant. Erubeſcat homo clauſtralis
qui vitam apoſtolicã profitetur in cenobio contra votum
ſuũ viuere: et propriũ tot ſanctis interdicentibus aliqua
tenus poſſidere: quando monacho peculiũ vſqꝫ adeo illi
citum eſt: ut viuus et mortuus extra cõmunionẽ omniũ
fratrũ ſit procul remouendus: ſi in hoc vicio fuerit dep̃-
henſus. Quã periculoſa in monacho ſit ꝓprietas: nemo
ſatis exprimere poteſt. Enĩuero periculũ qđ ananie et ſa
phire peculiũ retinentibus in corpore accidit: proprieta-
rijs monachis in anima quotidie contingit. Moriũtur
ut plurimũ ſine vera penitentia: qui contra monaſticam
inſtitutionẽ peculiũ poſſidere non verentur. Exiſtimant
enim ſibi licere quod illicitũ eſt conſenſu prioris: cum nec
ſummus põtifex licentiã monacho ſuper ꝓprietate poſſit
indulgere. Ue vobis proprietarij qui votũ veſtrũ infrin-
gitis: et iram dei contra vos prouocatis: quoniã leuius
habebunt fures et meretrices in die dñi: q̃ꝫ vos ſi mori-
entes in hoc vicio fueritis deprehenſi. Non enim ſimplex
crimen in monacho cenſetur ꝓprietas: vbi multa in vnũ
crimina concurrũt. Pactum cum deo initum frangitur:
votũ ſolemne violatur: charitas fraterne vnitatis ſperni
tur: furtum cõmittitur: ſacrilegium ꝑpetratur. Unde au
guſtinus dicit in regula. Si aliquis rem ſibi collatã ce-
lauerit: furti iudicio condemnetur. Ad quid monacho
cuiuſcũqꝫ rei proprietas: qui nec ſui corporis poteſtatem

habere ꝑmittitur? Aut quomodo alienū audebit p̄ſumere: cui de ſuo nihil licet poſſidere? Quiſq̄s igitur bonus monachus votiq̄ꝫ ſui redditoꝛ inueniri deſiderat: quiſq̄s in cenobio conſtitutus ad celeſtem patriā anhelat: quiſq̄s inferni toꝛmenta foꝛmidat: animā ſuā ab hoc vicio ſolerter cuſtodiat: et nihil penitus contra monaſticam inſtitutionē poſſideat. Omnia vero que ad victū et amictū monachis neceſſaria ſunt: monachis ꝑ abbatem non in pecunijs. ſed in vtenſilibus miniſtrentur. Hinc ſanctus pater noſter benedictus in regula precipit dicens. Omnia neceſſaria a patre monaſterij ſperanda ſunt. Ab abbate igitur neceſſaria ſperanda ſunt non ſupflua. quia vbi neceſſitas ad vſum monacho ꝑmittitur: ſuperfluitas ut crimen condemnatur. Et ſicut abbas neceſſaria fratribus denegans grauiter adeo rep̄henditur: ita ſi conceſſerit ſuperflua. tanq̄ꝫ p̄uaricatoꝛ ſancti oꝛdinis cōdemnatur. Neceſſaria itaq̄ꝫ monachis abbas prouideat: ſupflua interdicat. Nec ſecurū ſe credat monachus ſi abbate conſentiente ſuperfluū habeat: quoniam ſicut monacho habere propriū interdicitur: ita concedere non neceſſaria abbas prohibetur. Et monachus ſi rem aliquā non ſibi neceſſariam nimia importunitate ab abbate ſuo extoꝛſerit: valde ſibi metuendū eſt: ne tanq̄ꝫ proprietarius inde coram deo iudicetur. Nihil em̄ habere debet monachus cōtra regulam: nihil contra abbatis voluntatē: quippe qui ſuū nihil penitus eſtimare p̄cipitur: cui velle et nolle ꝑ om̄ia denegatur. Quicūq̄ꝫ vero aliquid habet quod abbatem ſuum latere deſiderat: proprietatis viciū in pectoꝛe clauſum poꝛtat. Sed de his hactenus.

Utrum abbas monacho poſſit concedere proprium. Cap̄. vj.

Quod monacho propriū habere omnino non liceat. multis ſanctoꝛum teſtimonijs probauimus: reſtat nūc ut ad ſequentia procedamus.

Et primo quidem nobis querendũ eſt: vtrũ in abbatis ſit arbitrio cũ monacho de peculio diſpenſare. Ad hanc queſtionẽ verbis ſummi pontificis in principio huiꝰ operis reſpondimus: vbi teſtimonia iuris canonici in mediũ deduximꝰ. Sic enĩ papa dixit. Nec eſtimet abbas ꝙ ſuꝑ habenda ꝓprietate poſſit cũ aliquo monacho diſpenſare: qꝛ abdicatio ꝓprietatis, ſicut et cuſtodia caſtitatis adeo eſt annexa regule monachali: ut contra eã nec ſummus pontifex poſſit licentiã indulgere. Soluta eſt queſtio: et negatiua neceſſario vera cõceditur. Nũc ergo in quãto periculo ſint cõſtituti abbates negligentes iſta conſiderent: qui cõtra regulã et ꝓhibitionẽ ſummi pontificis ꝓpriũ ſuis monachis indulgent. Non eſt maioꝛ poteſtas ꝙ̃ ſummi pontificis in eccleſia: quoniã qđ ille non poteſt abſoluere: nemo alius poterit liberare. Cur igitur o abba teipm̃ decipis: cur altioꝛa te et penitus illicita p̃ſumis? Qđ papa facere ſe poſſe denegat: tu qua temeritate vſurpas? Ecce cũ monacho contra inſtitutionẽ monaſticã diſpenſas ut habeat peculiũ: cũ id facere non poſſe audias pontificem ſummũ? Quẽ teipm̃ facis? Nũquid tu maioꝛ es vicario chriſti? Quotienſcũqꝫ monacho cõcedis propriũ: totiẽs fautoꝛẽ te cõſtituis vicioꝝ. Quemadmodũ p̃ſumis alteri cõcedere: quod tibi ſub eadẽ lege conſtituto minime licet poſſidere? Enĩuero cõſtitutis in cenobio ꝓprietas omĩabus interdicitur: dũ in cõmuni viuere p̃cipiuntur. Neqꝫ enĩ de cõmunitate abbas excipitur: qui non dñs ſed diſpenſatoꝛ rerũ monaſterij cõſtituitur. Omniũ itaqꝫ fratrũ ſuoꝝ miniſter eſt: ut vnicuiqꝫ ſecundũ neceſſitatẽ de cõmuni ſubſtantia tribuat: dominũ vero rerũ neminẽ penitus conſtituat. Si ergo monacho indulſerit propriũ: iam nõ diſpenſat illi neceſſaria: ſed dñm conſtituit ſubſtãtie aliene. Hoc regula ſancti benedicti prohibet: que abbatem diſpenſatoꝛẽ recipit. nõ dñm. Sanctus autẽ benedictus abbatem ſub regula eſſe p̃cipit dicens. Omnes magiſtrã ſequantur regulã: nec temere ab ea declinetur ab aliquo. Qui om̃es ſub regula conſtituit: profecto abbatem non

Major est Verbi divini auctoritas et potestas q̃ omnium omnino Pontificum Papalium.

Abbas non Dñs sed Dispensator rerum Monasterij constitutus est.

excepit. Deniq3 in capitulo de abbate ſic loquitur. Ideoq3 abbas nihil extra preceptū dn̄i (quod abſit) docere debet aut conſtituere vel iubere: ſed iuſſio eius et doctrina fermentū diuine iuſticie in diſcipulorum mentibus conſpergat. Abbas autē qui monacho indulget propriū: facit contra preceptū domini dicentis. Omnis qui nō renunciauerit omnibus que poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Nō ſeducat te abba male intellecta poteſtas: tibi regula certos limites ponit: quos tranſgredi nemini licet. Ecce monachi tui ut fierent diſcipuli domini. ſubdentes colla regule omnibus renunciarūt: non licet eis quod dimiſerant repetere: neq3 propriū vllatenus poſſidere. Si male p̄ſumptioni conſenſum dederis: ſi ꝓprium monacho conceſſeris: cōtra p̄ceptum dn̄i. contra regulā ſancti benedicti. contra ius ſcriptū. contra decreta ſanctorum patrū. contra votū tuū facere conſentiens: damnationi ꝑpetue te obnoxiū reddis: et ex ſeruis domini atq3 diſcipulis. mancipia facis idolorum. Cupiditas enim ſeruitus ydolorū deſcribitur: que cū in ceteris ſit damnabilis: in monachis p̄cipue eſt criminalis. Omniū clauſtraliū in hoc regula cōſentit. ut nulli penitus inter eos liceat aliquid habere propriū: ſed ſint eis omnia cōmunia: et diſtribuatur vnicuiq3 a priore qđ neceſſariū eſt. Quicūq3 hanc monaſtice cōmunitatis regulā violat: proculdubio ſe extra numerū electoꝝ locat: et ſua ſe temeritate grauiter damnat. Nunquā eñ monaſtice obſeruantie puritas integra poteſt conſiſtere: niſi omnes in cōmuni ſtudeant cōuerſari. Eniuero dum vnuſquiſq3 cōmodū ſuū temporale cogitat: charitas fraterna exulat: humilitas monaſtica perit: obedientia regularis vacillat. Nuſq3 eñ in religione ſecurius viuitur: q̄3 ſi vnitas ꝑ oīa ſeruatur. In quolibet cenobio prelatus vnus ex regula conſtituitur: a quo neceſſaria monachoꝝ omnia requirātur. Caueat itaq3 diſpenſator ne limites cōmiſſionis ſue in diſpenſando neceſſaria cōfratribus excedat: neue infidelis exiſtat: memineritq3 ſe miniſtrū rerum monaſterij eſſe non dn̄m.

Idcirco ſicut ꝓpriū alijs nō poteſt cōcedere: ita nec ſibi
peculiū vllatenus vſurpare. Diſtribuat ſingulis neceſſa-
ria: nulli vero cōcedat. nec ſibi quidē ſuꝑflua. Monachi
enī habentes victū tenuem. et veſtitū ſimplicē: his debēt
eſſe cōtenti. In dandis autē neceſſarijs illa ſemꝑ cōſide-
ratio habenda eſt: ut ꝗ plus indiget amplius accipiat:
et nemo qui paucis contentari poteſt. de hoc murmuret.
Illis autē ꝗ in diuerſis monaſterij officijs cōſtituti ſunt.
abbas neceſſaria quelibet poteſt cōcedere: eoſq; ad red-
dendā rationē ſuo tꝑe obligare. Nec tamen ꝓpriū ſibi mo
nachi quicq; eoꝝ exiſtiment que ratione admiſtrationis
poſſident: cū ad cōmunitatē cenobij vel eccleſie oīa ꝑti
neāt. Quācūq; enī adminiſtrationē monachus habuerit:
ꝓpriū aliqđ poſſidere ꝓhibetur. Nā et ipē abbas cū mo-
nachus ſit vouit et ꝓmiſit paupratē ex regula: et idcirco
nihil ſibi ꝓpriū poterit vendicare. Si autē ꝓpriū ſibi vſur
pauerit: regulā violauit. Neq; dicat abbas ſuū aliqđ. nō
codex meus. nō ager. non villa. non cenſus: ſed ſi tale ali-
quid eum coram hominibus dicere oporteat: noſter nō
meus dicat. Etenī cū res monaſterij cōmunitatis ſint. et
cōmunitas ꝓſuꝑponit multos: nulli videatur ridiculū: ſi
monachus aut abbas ſingularis pſona dixerit noſtrum.
Ad cōmunitatem dicti ſermonis refertur intentio. Neq;
puerilia ſunt hec: que ſanctos patres antiquiſſimos tam
ſtudioſe conſtat obſeruaſſe: ut penitentiā in tranſgreſſo-
res pſcriberent. Euidens nāq; in abbate ſupbie ſignū eſt
ſi ſuū aliqđ dicere frequenter cōſueſcat. Sicut enī abbatē
caſtitatis violaſſe votū turpiſſimū ē: ita ſi ꝓpriū aut ipē ha
buerit aut indulſerit monachis dānabile. Abbas itaq;
qui peculiū monacho preter adminiſtrationē cōceſſerit:
pūaricatorem ſe monaſtice regule oſtēdit. Nec vllomō ex
cuſat ꝓprietarios ficta illa reſignacō: qua in pleriſq; mona
ſterijs claues in cena dñi ponūt ad pedes abbatis: aīo ad
dimittēdū peculiū nequaq; reſigto. Quid iſta ſimulatio?
Putas ne monache viciū ꝓprietatis te poſſe effugere: ſi cla
ues peculij tui ad pedes abbatis iteꝝ repetēdas poſueris?

Superbiae signa in Abbate.

Qualis eſt iſta proprietatis reſignatio: vbi abbas cogi-
tur tibi mox reddere qđ videris reſignaſſe? Non eſt vera
reſignatio: quādo volūtas actioni nō cōcordat. O abba
infelix qui et te decipis et tuos: cur monachis propriū
contra regulā indulges? Reſpondebis forſitan. Nō con-
cedo monachis propriū: ſed tantū neceſſaria ad vſum.
Si propriū negas: q̄d curā conquirendi monachis que
volunt nō amputas? Ecce alij domos ſeparatas cōtra
ſtatuta ordinis inhabitant: alij aurū et argentū ꝑ phas
nephaſq̄ cōgregant: oēs priuatis cōmodis inuigilāt.
Iſta ne proprietatis vicio carent? Sed dic mihi. Quis
oro neceſſaria monachis tuis o abba diſponit? Tu ne
an cellerarius? Scio ꝙ neuter. Quis ergo dat veſtimēta
monachis? Hic peculij ſumma cōtexitur. Ueſtes ſibi mo-
nachi comparant: in amictu ſemetipſos curant: querere
ſunt compulſi a parentibus et cognatis vnde viuāt. Qui
pecunijs inter eos abundat. veſtes ſibi neceſſarias cōpa-
rat: q̄ autē nō habet pecuniā: patitur in veſtitu penuriā.
Abbas interea nullā de neceſſarijs fratrū gerit ſollicitu-
dinem: nullā de nuditate pauperū monachorū verecun-
diā: ſed dimiſſis in errore oībus ſua cōmoda ſectatur.
Nulla p̄ter nomen et chorū in pleriſq̄ cōmunitas: dum
vnuſquiſq̄ ſuipius curam gerit in vite neceſſarijs: abbas
vero titulū ſine ope portat dignitatis. Alius in cōmuni
dat victū fratribus: veſtitū ſibi quiſq̄ cogitur prouidere
Nōnulli etiā proprietatē monachis ſuis ꝓhibent: quibꝫ
tamen vite neceſſaria non indulgent. Quid omnes iſtos
niſi p̄uaricatores monaſtice cōuerſationis dixerim: qui
fratribus ſuis ſecundū regulā cū poſſint in neceſſarijs nō
prouident: qui eis peculiū indulgent: q̄ monachis occa-
ſionem ꝓprietatis prebent. Ue vobis abbates et p̄lati mo-
nachoꝝ q̄ oues chriſti ſanguine redemptas moribꝫ vr̄is
interficitis: qui monaſticā vnitatē violatis: q̄ obſeruan-
tiā regularē deſtruitis. Ue inquā vobis vite apoſtolice de-
ſertores: quoniā aīas quas ſuſcepiſtis regere: in ꝑditio-
nem ſinitis tranſire. In vos oēs culpa monachorum

reuertitur: quia quos delinquentes debueratis corrigere: non timetis vicijs ſuperare. Ut enim licenter poſſideatis voſipſi peculiũ: libẽter cũ monachis in vicio ſimul diſpenſatis. Enĩuero ſi regularem obſeruantiã diligeretis ex animo: tantũ nephas monachis non ꝑmitteretis. Non deo ſed hominibus ſeruitis ad oculũ: qui vos obſeruantiales fingitis: et regulã non tenetis. Si eſtis monachi: cur in cõmuni non viuitis? Enĩuero quibus eſſe debet anima vna et cor vnũ in dño: propriũ habere penitus interdicitur. Monachus eñ qui peculiũ contra regulã habuerit: votũ ſuũ turpiter violauit: et niſi contritus penitentiã egerit: a ſanctoꝝ cõſorcio ſe alienũ facit. Niſi eñ monachus omnẽ ſubſtantiã mũdi ſecũdũ regulã ſuã abiecerit: dignitatis ſue vocabulũ amittit. Dicit nãqꝫ in euangelio dñs. Qui non renũciauerit om̃ibus que poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et iterũ. Si vis eſſe ꝑfectus: vende om̃ia que habes et da pauperibus: et veni ſequere me. Primo volentẽ eſſe diſcipulũ chriſti oportet poſſeſſiones huius mũdi derelinquere: ut in p̄ceptis dei poſſit ſine ſollicitudine aliqua vacare. Idcirco audi o monache. Si vis eſſe diſcipulus dñi: proijce abs te oẽm ſollicitudinẽ mũdi. Viue in cenobio ſecundũ regulã monaſticã: viue ſub obedientia ſine proprio: viue caſte et hũiliter ſine opprobrio. Quod ſi aliter q̃ꝫ promiſiſti cõuerſatus fueris: ſcias te cõdemnandũ a deo maximo quẽ irrides. Nõ te ſeducat prioris tui licẽtia ut peculiũ quodcũqꝫ poſſideas: quoniã diſpenſatio illius non eſt licita: que deo. canonibus et regule inuenitur contraria.

Contra excuſantes proprietatis vicium.

Cap. vij.

Sunt autẽ nõnulli qui ſe patronos vicioꝝ ſtulta p̄ſumptione exhibent: et q̃ monachos proprietarios ſeuera diſtrictione corrigere debuerant: perdita cõmiſeratione excuſant. Contra

regulam monachis concedũt propria: et dum oues mor
bidas p̱ zelũ rectitudinis turbare metuũt: cõmiſſas ſibi
aĩas perdũt. O abba nutritor viciorũ. proprietatis ſcele-
rate indultor: quid reſpondebis ſummo paſtori. cum a te
oues requiſierit ſuas? Quid inquã reſpondebis ex omni
parte accuſatus? Qui rector animarũ poſitus. vicia ſub
ditoꝝ tuoꝝ debueras arguere: non times ſceleribus fo-
mitem miſtrare. Sed diceres. Ego monachis meis pro
priũ non indulgeo: ſed vite neceſſaria concedo. Tu autẽ
quomodo peculiũ audes dicere: qd̉ pure neceſſitatis eſt?
Quid hoc dicis o abba? Ecce monachi tui ipi veſtes ſi-
bi coguntur diſponere: pmittis que volunt ſuis pecunijs
comparare: et inſtar mercatoꝝ ad eoꝝ libitum emere et
vendere. Et vbi manent ſtatuta benedicti pape duode-
cimi et capituli generalis: que monachis neceſſaria ꝓhi
bent in pecunijs miniſtrari? Si monachus ſibi ipi pro-
uidere neceſſaria compellitur: ad qd̉ prelati ſup eos con-
ſtituũtur? Enĩuero ut ſine cura et ſollicitudine rerũ tem-
poraliũ dño in tranquillitate mentis ſeruire poſſem. reli-
gionem ingreſſus ſum: ſi meipm in neceſſarijs corporis
prouidere rurſus compulſus fuero: mallem me pmanſiſſe
in ſeculo. Nõ monachus curã ſui gerit ſine periculo: qui
autẽ renũciauit diuicijs mũdi. aurũ non amat ſine pecca
to. Quid pecunia monacho: qui nihil amare debuerat in
mũdo? Aut que eſt neceſſitas prelatum ſup monachos
cõſtituere: ſi vnuſquiſq; ſeipm cogitur ꝓuidere? Ue tibi
rector monachoꝝ qui ſubditos tuos in egiptũ nõ times
reducere: dum eos propriũ ad priuatum vſum conſentis
poſſidere. Ecce omnipotens deus cõmiſit tibi populum
ſuũ de tenebris egipti fugientẽ. quatenus p deſertũ reli-
gionis ad terrã repromiſſionis in celis eũ debeas pduce
re: et tu vltro venientes facis in egiptum redire? Quid
mihi excuſacõnis inepte verba oppponis? Nũquid ratio
ne adminiſtrationis fratribus tuis indulges peculium?
Monachi ne omẽs adminiſtratores ſunt? Quid admi
niſtrant? Publica an priuata? Si adminiſtrãt publica:

diſpenſatio ſup habenda pecunia ad ratione officij tantū licita erit. Si autē adminiſtratio non publica ſed priuata fuerit: poſſeſſio pecunie proprietas erit. Qualis ergo excuſatio eſt monachorū non officialiū. qui ꝓprietatis ſue viciū nomine adminiſtracōnis palliare conantur? Quid adminiſtratis o monachi? Cui neceſſaria diſponitis? Nonne vobiſmetipſis? Sane dum vnuſquiſq; curam ſui ipſius gerit in deſiderijs carnis: nōne proprietarij eſtis? Tollite verba excuſationis: deus ſcrutatur intima cordis. Sed forſan dicitis. Nō eſt dicenda proprietas: vbi ad reſignandū eſt prompta volūtas. Eſto. Quando vos ad reſignandū que habetis promptos inueniā? Reſpondebitis. Omni tempore. Quomodo verū oſtendetis qd dicitis? Reſpondebitis. Ex corde ad reſignandū oīa promptos nos in cena dn̄i oſtendimus: quando rerum noſtrarū omniū claues ad manus abbatis nr̄i reſignamus. Quare hoc facitis? Ut nos veros monachos probemus. Falſum eſt: ſententiā excōmunicationis ferendam in proprietarios timetis. Dic mihi abba. cur peculiū nō aufers a monachis: q̄ ſe ad reſignandū promptos affirmant? Ecce quidā eorū tibi claues peculij ſui cuſtodes in cena domini reſignaturos ſe offerūt. Cur illas nō recipis? Timeo inquis. Quid times? Monachos timeo. Cur illos? Quoniā ſcio ꝙ non ſunt ex animo reſignati. Quid ergo? Tu aufer ab eis ꝙ reſignant peculiū: et noli conſiderare animū fictum. Iterū times? Quid trepidas? Quid moraris? Aufer quod offerunt: et fac eis non ſecundū animi intentionem: ſed ſecundū ſententiā ſermonis. Non audeo inquis. Cur non audes? Quia mala minantur. Quicquid contra me excogitare potuerint facturi ſunt: ſi propriū auferens conſuetudinem eorū infregero. Proprium quod ficto reſignant animo eis denuo indulgeo: quia furorem eorum expaueſco. Videtis nunc o monachi quid abbas de reſignatione veſtra ſentiat: quam fictam eſſe et vanam nullus noſtrum ignorat. Denique maior pars veſtrum iſtum reſignandi vſum.

nec verũ habet nec fictũ. Excuſationes in peccatis querĩ-
tis: qui ſub adminiſtracõnis vocabulo ꝓpriũ defenſatis.
Sed rurſum dicitis. Quicq̃d tamen nos habere cognoſci-
mus: ante mortẽ reſignamus. O ſera et tarda reſignatio:
que nõ ex volũtate oritur: ſed neceſſitate mortis vrgetur.
Nam ſi cõcedatur diucius viuere: ſtatim penitet mona-
chum propriũ reſignaſſe. Parum ergo reſignatio peculij
proderit: que iniciũ ex morte ſumit. Ceſſent igitur excuſa-
tiones proprietarioꝝ in peccatis: q: defenſioni locus nõ
conceditur: vbi crimen tã multiplici iudicio cõdemnatur.
Propriũ monacho lex diuina ꝓhibet: ius canonicũ pe-
culiũ religioſo penitus interdicit: omes ſanctoꝝ patrũ re-
gule clamãt monacho proprietatẽ prorſus illicitam.

Quod ex proprietate mona-chorũ multa mala et pericula animarũ proueniant. Cap̃. viij.

Monachi proprietarij quãtis ſe periculis ⁊ ma-
lis ſubijciant: multoꝝ actiones probãt. Et de
illis quidẽ qui in cenobijs degũt. vbi nulla re-
gularis vite obſeruãtia eſt. ſatis admodũ dixi-
mus: quoniã vbi tota cõuerſatio monaſtica periſſe cerni-
tur: nulla de ꝓprietatis vicio cõſcientia habetur. De nr̃is
igitur etiã interim loquamur: q̃ ſub diſciplina conſtituti:
hoc vicio deteſtabili nõnunq̃ꝫ reperiũtur deprauari. Nec
tamen priores excludimus: dũ contra iſtos diſputamꝰ.
Omibus dicitur qđ ꝑtinere ad omes cõprobatur. Omi-
bus quoqꝫ fugiendũ eſt: qđ omibus ꝓbatur interdictũ.
Monachis em̃ omibus interdicitur ꝓprietas. Hoc dete-
ſtabile viciũ cũ tepidã remiſſamqꝫ monachi ſemel poſſe-
derit mentẽ: tantis eũ malis et vicijs ſubijcit: ut excutere
deinceps iugũ eius nõ facile poſſit. Quãobrem nulli vi-
lis deſpectuſqꝫ videatur hic morbus: qui ſicut poteſt ꝑ fa-
cile declinari: ita ſi quenq̃ꝫ ſemel inuaſerit: raro ſalutis re-
media admittit. Aſtuta ſunt argumenta diaboli. In pri-
mis monachũ de parua pecunie ſumma ſollicitãs. veluti

racōnabiles ei falſos colores ob quos vel reſeruare ſibi ali
quid ad neceſſitatē futurā debeat vel parare confingit: ut
cū ſe victorem in paruis ſenſerit: ad maiora paulatim cō-
pellere incautū poſſit. Qui em̄ ſuccūbit in minimo: quā-
do victor in maximo erit ⁊ Poſtquā vero ſe diabolus in
om̄ibus auditū pſenſerit: grauiora cogitacōnibus immit-
tit. Conquiſitis enim monachus iam aliquot nūmis. vi-
detur ſibi ꝙ in eodem cenobio diucius non poſſit cōſiſte-
re: omne quod viderit in diſplicentiā et nauſeam aſſueſcit
reuocare: abbatem durū. inutilem. ac negligentē iudicat:
fratres omnes vna ſententia tanq̄ȝ ſine charitate cōuerſen-
tur damnat. Deinceps nulla peculij habetur conſcientia:
dum quaſi pro viatico ſanctioris vite querende non credi
tur culpa. Jtaqȝ cū hoſtis antiquus huiuſcemodi cogita
tionibus illaqueauerit mentē. omnes vias monachus ex-
cogitat: qualiter vel vnū denariū acquirat. Offertoria fu-
ratur. et vendit occulte qđ rapuit: a parentibus cognatis
et amicis pro aliquo cōmercio denarios petit et accipit:
et ſub ſpecie religionis viaticū ſibi fuge proxime diſponit.
Jnſtabilitatis ſue cōſequutus iuuamen et ſumptus. pa-
ratus ad fugam. inſolenter abbati reſpondet ad om̄ia: et
tanq̄ȝ peregrinū et extraneū ſe gerens. ſe moreſqȝ fratrū ne
gligit: correptionis verba penitus cōtemnit. Occaſiones
deinde contra prelatū quibus offendi iraſciqȝ debeat ſtu
dioſe perquirit: ne leui caſu motus fugiſſe de cenobio eſti
metur. Neqȝ tamen de ſua infelicitate contentus eſt: ſed
alios etiā ſuſurracōnibus clamdeſtinis. quantū preualet
nititur deprauare: ne ſolus videatur exceſſiſſe. Hinc ab-
bas caſſianus dicit. Cūqȝ pecuniarū pondus monachū
de clauſtro. veluti feralis quedā beſtia de cetu gregis ſe-
gregans. pecus oportunū prede: deſtitutione ſodaliū fe-
cerit. et deuoracōni facilem contubernij priuatione reddi
derit eū qui prius opa monaſterij leuia exercere deſpexe-
rat: die ac nocte ſpe queſtus infatigabiliter laborare cō-
pellit: non orationū ſolēnia. non ieiuniorū modum. non
vigiliarū regulā cuſtodire pmittit: non honeſtarū inter-

Ita plane est, ut exempla quendam testantur: Vidi.

ceſſionum explere officia ſinit: dūmodo vel auaricie ra-
biem ſaciare. vel quotidianis vſibus poſſit occurrere: cu
piditatis ignem dū acquirendo extinguendū credit vehe
mentius accendens. Sicq; verificatur dictum apoſtoli:
radix omniū maloꝝ eſt cupiditas. Cupiditatis et peculij
facibus ſemel accenſus monachus. nullā deinceps humi
litatis et obedientie virtutē in corde ſuo retinet: charitatē
nullam fraternitatis habet: diſciplinā in moribus nullā
exhibet. Indignatur ad omnia: ad ſingula que fiūt in ce
nobio murmurat: die ac nocte de nūmis cogitat. Elato
capite procedit in publicū: oculos circūducit inſtabiles:
impatiens quietis anguſtiam celle declinat: monaſteriū
(quanq; latiſſimū) carcerem putat. Jam nulla ſeruata
reuerentia. veluti equus ad precipiciū fertur infrenis: nec
victu cōuentuali. nec ſolito indumento cōtentus: non ſe
diucius toleraturū hec eſſe. importunis vocibus clamitat
Ad ſeruiendū deo locū cenobij inconuenientē conqueri-
tur: negligentes fratres et indiſciplinatos vociferatur: ſe
cōmorari his ſine diſpendio ſalutis minime poſſe lachry
matur. Unde ſi quoq; ſe non celerius aſportauerit: peri-
turū ſe protinus grauiter ingemiſcit. Huius etenim vicij
tanta vis eſt: ut monachū quē in congregacōne ſemel in-
fecerit: in profundū maloꝝ paulatim precipitet. Oratio-
nes cōtemnit et vigilias: fraternā charitatem deſerit: cor
rectionem ſenioꝝ vilipendit. Semper anxius de peculio
cogitat: venire in lucē proprietatis ſue crimen formidat:
loca tuciora pro conſeruādo peculio explorat. Omne qđ
habet parū exiſtimat: appetitum ad lucra potiora laxat.
O maledicta monachorum proprietas: que non minus
poſſidet q̄ poſſidetur. Quecūq; em̄ ſemel ceperit: omni
obſeruantia et diſciplina regulari nudū et aduerſariū fa-
cit. Non ſolū autem in pecunia cenſetur eſſe proprietas:
ſed in omni quoq; re que pecunia cōparatur et venditur.
Monachus ergo proprietarius poteſt eſſe in minimo:
ſicut alius in magno: quia ſi paruū quid contra regulā ſi-
ne abbatis licentia poſſidet: ſine dubio proprium tenet.

Proprietas in qb. rebus

Idcirco regula dicit. Nihil omnino monachus propriū habeat. Sane vbi nihil haberi pmittitur: omīs rei proprietas aufertur. Errant itaqꝫ et peccant in regulā: qui monachos minima queqꝫ ſicut tabulas yconas et mappulas dare aut accipere poſſe abſqꝫ licentia prioris exiſtimant. Sunt enim nōnulli etiā inter eos qui ſe obſeruantiales profitentur. qui pter neceſſitatē in cellulis ſuis multa priuata poſſident: p quoꝝ vſu habendo nullā ab abbate licentiā receperunt: putantes ea idcirco non eſſe propria: quia precio ſunt parua. Sed hoc nō admittit regula ſancti benedicti: que nihil omnino habere ſine licentia concedit. Quiſquis ergo monaſticū propoſitū cuſtodire ad regulā deſiderat: nihil penitus quod abbas nō dederit aut pmiſerit requirat: ne viciū proprietatis qd aliȷ̄ cōmittunt in pecunia: ipſe graphio incurrat aut tabula. Nuſquā eīn tucior eſt cōſcientia monachi: qꝫ ſi nuda penitus fuerit ab omni ſubſtantia mūdi. Quicūqꝫ vero aliquid quantūlibet paruū qd abbatē ſuū velit celare poſſidet: peculiȷ̄ vicio reus iudicatur. Omnia enim cū ſcitu et volūtate abbatis in monaſterio agenda ſunt. Unde fratres chariſſimi ante omnia cauete hoc viciū: p quod monachus incurrit omne malū. Quicūqꝫ eīn animā ſuā hoc ſcelere fedauerit: nunquā niſi penitentiā agat ſecurus in conſcientia quieſcit.

Quemadmodū monachi debeant habere neceſſaria. Capm̄. ix.

Omnia neceſſaria a patre monaſteriȷ̄ ſperāda ſunt: quoniā qui miſter cōmunitatis monaſtice cōſtituitur: prouidere neceſſaria monachis tenetur. Oportet ergo diſpenſatorē ſubſtantie monaſteriȷ̄ fidelem eſſe ⁊ prouidū: et imitari exemplū apoſtoloꝝ ut diſtribuat vnicuiqꝫ ſine pſonarū acceptione qd opus habet. Nō pponat cōmodū ſuū neceſſitatibus fra-

trū: nec et ipſe incurrat ꝓprietatis nefande periculū. Qua-
lia ſubminiſtrat neceſſaria monachis: talibus vtatur et ipſe
Non enim decet prouiſorem ſeruorum dei neglectis illis
epulis vacare lautioribus: quia dum ſuam cōmoditatem
paſtor preponit vtilitati ouiū: murmurationē in ſe conci-
tat ſubditorū. Ubi ergo omnia debent eſſe cōmunia: nec
abbati licet querere priuata. Rector itaq; monachorum
qui neglectis neceſſitatibus fratrū, epulis et potibus lau-
tioribus vacat: in regulam cōmunitatis peccat. Quem-
admodū ergo prouideri ſibi deſiderat: ita quoq; neceſſa-
ria monachis prelatus impendat. Monachi vero ita ne-
ceſſitatibus ſuis conceſſa indulgeant: ut cōmunitatis re-
gulam minime corrumpant. Nihil penitus ſine licentia
monachus habeat: cōmunia priuatis anteponat: et vo-
luntatem abbatis ſecundū regulā monaſticam et ſe et in-
dulta ponat. Si de pmiſſione prioris codicem imaginē
vel ſimile aliquid in cella poſſidet: nouerit ſibi vſum rei
permiſſum: proprietatē ſeu dominiū vero prohibitum.
Et ideo ad reſignandū ſit promptus in animo: quotiēs
a prelato ſuper his iuxta regulam fuerit requiſitus. Ca-
ueat tamen abbas ne monachos ſibi cōmiſſos turbet et
contriſtet ſine cauſa. Omniū enim ſuorū actuū deo ſe no-
uerit rationem eſſe redditurū. Enimuero que ſine culpa
poteſt concedere: nō debet cū periculo denegare. Suſce-
pit enim infirmorum curam non fortium: vnde neceſſe
eſt ut maxima prudentia fulgeat: ne aliquem ex ſibi com-
miſſis perdat. Varij namq; ſunt affectus monachorum
et in vtramq; partem flexibiles: niſi abbas caute et pru-
denter ſe inter eos habuerit: diſſentioni ⁊ murmuracōni
fomitem miniſtrabit. Memor itaq; ſit infirmitatis pro-
prie: et facile compatietur aliene. Hec dixerim. nō qꝫ de-
beat monachis ad vota eorum queq; concedere: ſed ne-
ceſſaria ſecundū regulā ꝓuidere. Facile eñ ad obſeruantiā
regularē monachos ſuos poterit compellere: qui ea que
neceſſaria ſunt eis curauerit miniſtrare. Qui autē negat
neceſſaria corpis: frequenter audit verba murmuracōnis.

Usus rei conceditur proprietate interim prohibitā.

Ante oīa vero abbas caueat: ne monachis neceſſaria
in pecunijs concedat: quoniā qui ſine ſollicitudine mun-
dialiū rerum. diuine contemplacōni debent inſiſtere: in-
dignū valde eſt. ſi neceſſaria ſibi corꝑis cogātur ꝓuidere.
Ordo enī monaſticus ad hoc inſtitutus agnoſcitur: ut
ſegregati a mūdi curis monachi. ſine impedimento diui-
na contemplentur. Abbas autē ſuꝑ monachos idcirco
conſtituitur: ut eius et doctrina et ſollicitudine paſcantur
Sed de his hactenus dixiſſe ſufficiat.

Cōtra hoc proprietatis viciū admonitio.

Cap̄. x.

Attendamus itaqꝫ fratres ꝓpoſitum noſtrū qđ
ingredientes cenobium aſſūmpſimus: et aīas
noſtras ab hoc ꝓprietatis vicio ſollicite cuſto-
diamus. Si agonem ſpiritalem legitime cer-
tare volumus: hūc quoqꝫ ꝑniciosum hoſtem a cordibus
nr̄is extrudamus: de quo hec erit ſumma victoria. trium-
phuſqꝫ ꝑpetuus: ut quēadmodū in conſtitucōnibus pa-
trū p̄cipitur: nec in minima quidē re cōſcientia monachi
polluatur. Caueamus pericula: que huic vicio ſemꝑ ſunt
proxima. Impoſſibile nāqꝫ eſt eū qui victus in exigua ſti-
pe. concupiſcentie ſemel in corde ſuo radicem ſuſceperit:
non maioris deſiderij protinus incendio conflagrari. Ut
autē hoc viciū radicitus amputetur de monaſterio: den-
tur ab abbate oīa que neceſſaria ſunt monachis. Mo-
nachi ſumus. et chriſtū imitari ſecundū regulā p̄cipimur:
ut in celeſtibus regnis voluntarie pauꝑtatis premia cō-
ſequi mereamur. Cur ergo aliqđ in mūdo contrariū nr̄o
propoſito quererem⁹: qui theſaurū in celis expectamus?
Enīuero ſi cupimus eſſe diſcipuli chriſti: vileſcāt nobis
neceſſe eſt diuicie mūdi. Dicit nāqꝫ apoſtolus. Nemo mi-
litans deo implicat ſe negocijs ſecularibus: ut ei placeat
cui ſe probauit. Et in euangelio dn̄s. Qui non renūcia-
uerit oīnibꝫ que poſſidet: nō poteſt meus eſſe diſcipulus.

Difficile nanqꝫ eſt diuitem intrare in regnū celoꝝ. Beati ergo illi cenſendi ſunt qui mūdi voluptatibus illudentes. cunctas diuicias eius forti animo contempſerūt: qui cenobiū ingreſſi. ſalutare dn̄i cū ſilencio et patientia expectant. De quibus dn̄s dicit. Qui reliquerit patrē aut matrem. fratres aut ſorores. domos aut agros. propter nomen meū: centuplum accipiet: et vitā eternā poſſidebit. Magna dei noſtri promiſſio: ſed maxima et omni deſiderio concupiſcenda poſſeſſio. Facile contemnit omnia: qui huius promiſſionis donū. nuſquā obliuiſcitur. Ecce fratres mei eduxit nos iam de egipto gratia dei vocans de mundo ad ſanctū ordinem: curandū nobis eſt et om̄i ſtudio laborandū: ut ꝑ deſertū huius vite ambulātes: viā trium votoꝝ ſubſtantialium nullo vnqꝫ tempore deſeramus. Iter em̄ ſalutis noſtre ad terram promiſſionis: eſt obſeruantia mandatoꝝ dei. eccleſie catholice. et ordinis Si quis e nobis (quod abſit) hanc viam ambulare cōtempſerit: tranſgreſſor ſui voti erit: et terrā ſancte repromiſſionis non videbit.

Carmen Rutgeri Sycambri in librū Reuerendi dn̄i Johānis tritemij abbatis de proprietate monachorum.

Hunc percurre librū ſi vincla monaſtica ſtringūt
Nam proprij vicium duriter enſe ferit
Faminis enſe loquor ſcripti quoqꝫ: colligit omnes
Uires: impulſa ut concidat ipa lues
Adducit veterū veneranda ſcripta viroꝝ
Quis proprij vetitam comprobat eſſe luem
Et ſcriptura ſacra vetat omnem proprietatem
Uoti conſtrictis religione pij
Quinetiam cunctis monachis ius proprietatis
Omnia diuina (perlege) iura negant
Hoc motus vicio veterū tritemius abbas
Normas perſpexit et pia iuſſa patrum

Conueniũt omnes ſcelus ingens proprietatis
Conclamant preſens edocet iſta liber
Tu modo quiſquis eris noxam fuge ꝓprietatis
Sic ſcitis veteres conſtituere patres
Hoc faciens mercede bona donaueris ipſum
Codicis auctorem talia dona parans

In eundem librũ Carmen elegiacũ
Theoderici greſemundi iunioris.

Quiſquis ades ſecli contemptor quiſquis anhelas
Uiuere ſacrata in religione deo
Hũc lege nam monachis nil proprietatis habendũ
Suadet: quod ſecũ noxia multa trahat
Ceſſet inanis opum ceſſet mala cura peculi
Que tempſit monachus ceſſet amare bona
Ergo legens docti ſaluberrima ſcripta iohannis
Trittemij: fugias exiciale malum.

Impreſſum in nobile Ciuitate moguntina per
Petrũ Freidbergenſem Anno virginei partus
Milleſimoq̄dringenteſimononageſimoquĩto.

Legi hunc tractatum ego J. P.
P. pro fratre W. 6. Aug. Ao. 1511.
in quo ideam quandam Platoni-
cam expressam video: Quales
r. Monachi esse debeant
dicitur, sed tales jam diu
nusquam reperiuntur. Marcellus Palinge-
nius in Sagittario

Hi sunt lascivi nimium, nimiumque superbi,
et spernunt omnes, et turpia multa licenter
Committunt, senis exemplo, qui praesidet illis.
Proh pudor! hos tolerare potest Ecclesia porcos,
Duntaxat ventri, veneri, somnoque vacantes.

Si non rupta cupis casti tua vincula lecti,
~~Fac [illegible]~~
Fac tua praecipue non intret limina quisquam
Sacrificus, Monachusve niger, nil fidito falsis.
Pestis enim Monachus, nulla hac immanior: hic est
Faex hominum, fons stultitiae, sentina malorum,
Agnorum sub pelle lupi, mercede colentes
Non pietate Deum, falsâ sub imagine recti
Decipiunt stolidos, ac religionis in umbra
Mille actus vetitos, et mille piacula condunt:
Raptores, Moechi, puerorum Corruptores,
Luxuriae atque gulae famuli: coelestia vendunt.
Heu quas non nugas, quae non miracula fingunt.
Non precio, sed amore, Deum vir justus adorat.
Deme autem lucrum, superos et sacra negabunt.
Ergo ibi non Coelicolis haec turba ministrat.
Utilitas facit esse Deos: quâ nempe remota
Templa ruent, nec erunt arae, nec Iuppiter ullus.
Hos impostores igitur, Vulpesque dolosas,
Pelle procul: quantumque licet, tua janua vitet.

En Sanctos Viros Monachos, qui 3. substantialia Vota professi sunt Paupertatis, obedientiae et castitatis. Non a. mihi quisquis es Pontificie lector, irascere, hoc n. non ego a te Encomium cudi, sed sic Sanctos tuos patres descripsit in Zodiaco suo tuus ille Marcellus Palingenius, quem non accuses, sed excusa.

Dec. 1940

TRITHEIM, JOHANN. De Proprietate Monachorum. 1495.

*Hain *15,619; B.M.C. I, 47.*

Printed with gothic types, in quarto form, 36 lines to a page. It has 18 leaves. The size of a leaf is 207 × 145 mm., and the text measures 147 × 85 mm. Numerous manuscript notes in the margins.

TRITHEIM wrote his tract *On the Property of Monks* in 1487, at the age of twenty-five. Having assumed office, the young abbot began his reform activities at once. He found Spanheim in a deplorable state, the buildings run down and the monks ignorant and worldly. His first efforts, therefore, were directed toward the restoration of discipline and the awakening of love for learning. Himself a scholar with a far-reaching curiosity, he collected a library which made Spanheim famous; and as a man of ascetic habits he enforced the monastic rules with a rigor that later cost him his position. There was nothing haphazard in his program. Tritheim was both a devotee of the Church and a humanist. Had he lived on to Luther's time, he would have been a violent opponent of the secession; but there can be no doubt that, like many other of his contemporaries, he wanted to have the necessary reforms realized by the Church itself.

The *De Proprietate Monachorum* is divided into ten short chapters. "The core of a monk's life," the author wrote, "consists of his vow of poverty, obedience, and chastity." Then, addressing himself to the monks individually, he continued: "You have taken your vow without compulsion; you are not free any longer, but the servant of Christ. You have promised to belong to God, who will not give you back what is His. If you break your vow, He will judge you not according to your former standing, but as a fugitive and an apostate. You are a monk, and only as such can find your bliss. If you fail, you will be damned; but if you remain faithful, you will be great in God's Kingdom." Quoting from the writings of the Church Fathers and the great abbots of more recent times, he showed that canon law definitely prohibited the holding of property by monks. A monk should own nothing, not even by permission of the abbot. The abbot himself is not allowed to have possessions. Everything belonging to the abbey must be held in common.

Tritheim warned the monks that they must not regard a book as property but merely as a possession for use. But certainly he did not wish to discourage them from bookish inclinations. In 1492 he wrote an essay called *De Laude Scriptorum Manualium*, in which he urged that "no work befits a monk better than copying." He partly attributed the sloth of monastic life to the monks' idleness after the invention of printing. "Printing, however," he argued, "has not made copying superfluous. Writing on parchment may last for a thousand years, whereas books printed on paper will do well if they exist for two hundred. And further, not all books get printed; many remain which must be copied. Those who have given up writing because of the invention of printing were never real lovers of books."

Bought in July 1937, from the Harris Fund.